



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

8. Vtrum in Christo fuerit prophetia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

doctrina manifestetur. ergo oportet in Christo excellentissime fuisse omnes gratias gratis datas. Antecedens probatur, quia alias sua doctrina esset inutilis. Consequentia vero probatur, quia Christus est primus, & principalis doctor fidei: & gratia gratis datae sunt ea, per quae fidei spiritusque doctrina manifestatur.

Vbi nota, quod Christus dicitur primus, & principalis fidei doctor, vel quia persona illa habet etiam tempore primatum in docendo, vel quia non obumbrata, sed reuelata fidei doctor primus tempore, & principalis auctoritate fuit Christus secundum quod homo, prout de ipso dicitur in hoc. Et hoc auctoritati Apostoli ad Hebreros secundo con sonat, ubi salus initiu manifeste natus est a Christo, in quo Deus nouissime locutus est, sumptuose dicitur.

Super hoc autem, quod Christus est primus, ac principalis doctor, fundatur consequentia, non solum gratiarum, sed etiam excellentissimo modo gratiarum in Christo. Decet enim primum ac precipuum Doctorem excellentius alius se habere in doctrina, & requisitis ad illam, propter quod in litera i calce corporis huius sequela ratio tangitur dicen co. Sicut in primo, & principali fidei doctore.

In responsione ad primum eadem septimi articuli, cum legis differentiam inter Christum & alios sanctos, in hoc quod in alijs sanctis gratia gratis datae diuiduntur, non autem in Christo intellige non de diuersitate, & unitate, quasi in Christo omnes gratiae gratis datae sint una gratia, in alijs vero sanctis alia sint gratia prophetica, alia gratia sanctorum, alia gratia miraculorum, & cetera, quoniam sicut virtutes infuse, quae spectant

secundum participationem: sed Christus habuit gratiam secundum plenitudinem, secundum illud Ioan. i. Plenum gratiae & veritatis. Gratiae autem gratis datae uidentur esse quaedam participationes diuinae, & particulariter diuersis attributa, secundum illud i. ad Corin. 12. Diuisiones gratiarum sunt, ergo uidetur quod in Christo non fuerint gratiae gratis datae.

Prat. Quod debetur alicui, non videtur esse gratis ei datum: sed debitu erat homini Christo, quod sermone sapientiae, & scientiae abundaret, & potes esset in virtutibus faciens, & in alijs huiusmodi, quae pertinent ad gratias gratis datas, cum ipse sit Dei uirtus, & Dei sapientia, ut dicitur i. ad Cor. 1. ergo Christo non fuit conueniens habere gratias gratis datas.

Prat. Gratia gratis datae ordinantur ad utilitatem fidelium, secundum illud i. Cor. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem: non autem uidetur ad utilitatem aliorum pertinere habitus, aut quaecumque dispositio, si homo non uratur, secundum illud Eccl. 10. Sapientia abscondita & thesaurus inuisus, quae utilitas in uisusque? Christus autem non legitur usus omnibus gratiis gratis datis, praesertim quantum ad genera linguarum. non ergo in Christo fuerunt omnes gratiae gratis datae.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in epistola ad Dardanum, quod sicut in capite sunt omnes sensus, ita in Christo fuerunt omnes gratiae.

RESPON. Dicendum, quod sicut in 1. parte habitum est, quod gratia gratis datae ordinantur ad fidei & spiritualis doctrinae manifestationem: oportet enim, qui docet habere ea, per quae sua doctrina manifestetur, alias sua doctrina esset inutilis. Spiritus autem doctrinae & fidei, primus & principalis doctor est Christus, secundum illud Heb. 2. Cum initium accepisset enarrari per dominum, per eos, qui audierunt, in nos confirmata est, constate Deo signis & portentis &c. Vnde manifestum est, quod in Christo excellentissime fuerunt omnes gratiae gratis datae, sicut in primo & principali fidei doctore.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut gratia gratum faciens, ordinatur ad actus meritorios tam interiores quam exteriores, ita gratia gratis data ordinatur ad quosdam actus exteriores, fidei manifestatiuos, sicut est operatio miraculorum & alia huiusmodi. In utraque autem gratia Christus plenitudine habuit: in quantum enim diu-

nitati unita erat eius anima, plenam efficaciam habebat ad omnes praedictos actus perficiendos: sed alij sancti, qui mouentur a Deo sicut instrumenta non unita, sed separata, particulariter efficaciam recipiunt ad hos, uel ad illos actus perficiendos. Et ideo in alijs sanctis huiusmodi gratiae diuiduntur, non autem in Christo.

AD SECUNDUM dicendum, quod Christus dicitur Dei uirtus, & Dei sapientia, in quantum est aeternus Dei filius: sic autem non competit sibi habere gratiam, sed esse potius datorem gratiae: competit autem sibi habere gratiam, secundum humanam naturam.

AD TERTIUM dicendum, quod donum linguarum datum est apostolis, quia mittebantur ad docendas omnes gentes. Christus autem in una sola gente iudaeorum uoluit personaliter praedicare, secundum quod ipse dicit Mat. 13. Non sum missus, nisi ad oues, quae perierunt domus Israel. Et Apost. dicit Ro. 15. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis. Et ideo non oportuit, quod loqueretur pluribus linguis: nec tamen defuit ei omnium linguarum notitia, cum et occulta cordium ei non essent abscondita (ut infra dicitur*) quorum uoces quaecumque sunt signa nec tamen inutiliter haec notitia habuit, sicut non inutiliter haec habuit, quod non utitur, quoniam non est opportunum.

ARTICULVS VIII.

Utrum in Christo fuerit prophetia.

AD OCTAVUM sic procedit. Videtur, quod in Christo non fuerit prophetia. Prophetia enim importat quaedam obscuram & imperfectam notitiam, secundum illud Numer. 12. Si quis fuerit inter uos propheta domini, per somnium aut in uisione loquatur ad eum: sed Christus habuit plenam, & apertam notitiam multo magis quam Moyses, de quo ibi subditur, quod palam & non per enigmata uidebat Deum. Non ergo in Christo debet poni prophetia.

Prat. Sicut fides est eorum, quae non uidentur, & spes eorum, quae non habentur, ita prophetia est eorum, quae non sunt praesentia, sed distantia propheta dicitur quasi per uisum: sed in Christo non ponitur fides nec spes, ut supra dictum est. Ergo prophetia et non debet poni in Christo.

Pre. Prophetia est inferioris ordinis, quam Angelus, uisus & de Moyses, qui fuit supremus prophetarum (ut in 3. parte dictum est) dicitur Ac. 7. quod locutus est cum Angelo in solitudine: sed Christus non est

ad gratiam gratum facientem, multiplicatur in Christo, sicut in alijs sanctis, & non omnes uirtutes in Christo sunt una uirtus ita multiplicatur in tam in Christo, quam in alijs sanctis gratiae gratis datae sunt intellige de diuisione totius, & partium, hoc est, quod in Christo fuit tota plenitudo gratiarum gratis datarum: in alijs uero sanctis fuit partialiter, quia uni sancto una gratia, & alteri alia: iuxta doctrinam Apostoli. Et rarius uni sancto talis gratia (puta prophetia aut miraculorum, secundum talem mensuram) in Christo autem tota plenitudo, & cetera. Et ratio assignatur in littera, quia humanitas Christi erat organum coniunctum diuinitati, alij uero sancti mouentur a Deo ut instrumenta separata, quod si plenus non intelligitur, uidetur, ultra prius dicta, in quarto contra Gentiles capitulo 14. Super quaestione septima articulum octauum.

Intellectus clarior articuli intelligitur, ut sonat.

In corpore articuli una est conclusio responsiua quaesito affirmatiue, scilicet, in Christo fuit prophetia. Probatur Christus fuit non solum comprehensione, sed uiuatore & cognoscente, ac dicebat quae procul ab aliorum erat notitia, ergo fuit propheta. Consequentia probatur, quia ad prophetiam requiritur, quod cognita sint procul ab alijs, cum quibus cognoscens & annuntians est: quod probatur ex differentia secundum locum & secundum tempus, & consequenter ex differentia inter pure comprehensores, & uiuatores.

Vbi nota primo ex libro precedentis quaestione 173. articulo primo & ex quaestione 174. articulo quinto quod

Epi. 17. de clinado uerbi. tomo. 2

P. 1. q. 11.

lib. 16. 28. tom.

q. 10. 10.

in q. 10. 2. & 3. 4. 5. 6. & 7. 8. & 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

q. 1. 2. 3. 4. 5.

1. 2. 3. 4. 5.

1. 2. 3. 4. 5.

1. 2. 3. 4. 5.

1. 2. 3. 4. 5.

1. 2. 3. 4. 5.

1. 2. 3. 4. 5.

1. 2. 3. 4. 5.

quod cognitio prophetica dupliciter sortitur esse procul, scilicet uel ex parte cognitionis (& penes hoc distinguitur cognitio prophetica communiter dicta, a uisione Dei per essentiam) uel ex parte cognoscentis, & penes hoc distinguitur prophetia Moysi & Christi a cognitione beatorum, quoniam beati non sunt procul,

quia comprehensores tantum. Moyses autem fuit simpliciter uiator, Christus uero comprehensor & uiator, & propterea Auctor hoc in loco prophetiam in Christo intelligat, & concludat ex parte cognoscentis, quia scilicet Christus erat uiator.

Nota secundo nomine, quod probatio litera secundum locum & tempus, repetitione eiusdem loci, & similiter temporis respectu dicentis & aliorum eget, ita quod in exemplo de loco ad partem negatiuam, scilicet, si uero aliquis in Syria existens, ea quae sunt ibi annuntiat, subaudi, existens in Gallia, cum quibus non est, a quibus tamen procul sunt gesta in Syria, non esset propheticum: alioquin scribentes literas ex Syria de gestis ibi, essent prophetae. Et similiter in exemplo de tempore, non sunt prophetiam, quod Estras scripsit posteris, cum quibus non fuit, & a quibus procul fuit, & edificacionem templi: alioquin omnes historici essent prophetae. Evidetur ergo ad prophetam utriusque simul conclusus conditionis, scilicet quod cognoscat ea quae sunt procul ab alijs, cum quibus ipse est: & ideo nec Deus nec sancti, aut angeli sunt prophetae, sed uiatores.

Nota tertio, quod duplici ratione Christus in quantum uiator, potest dici propheta. Primo, ut ly in quantum uiator, denotet conditionem tam cognitionis, quam cognoscentis: quia scilicet prophetia conuenit Christo ratione cognitionis spectans ad uiam, siue intellectum, siue imaginatiuam (ut dicitur hic in responsione secundae ad primum) & conuenit sibi ratione conditionis cognoscentis, quia erat uiator.

minoratus ab angelis secundum notitiam animae, sed solum secundum corporis passionem, ut habetur Heb. 2. ergo uidetur quod Christus non fuit Propheta.

SED CONTRA est, quod de eo praedicatur Deute. 18. Prophetam susciet uobis Deus de fratribus uestris. Et ipse de se dicit Matth. 13. & Ioan. 4. Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua.

RESPON. Dicendum, quod Propheta dicitur quasi procul fons, uel procul uident in quantum scilicet cognoscit & loquitur ea, quae sunt procul ab hominum sensibus: sicut etiam Aug. dicit 16. contra Faustum. * Est autem considerandum, quod non potest dici aliquis Propheta ex hoc, quod cognoscit & annuntiat ea quae sunt alijs procul, cum quibus ipse non est. Et hoc manifestum est per locum, & secundum tempus: si enim aliquis in Gallia existens, cognosceret & annuntiaret alijs in Gallia existentibus ea, quae tunc in Syria agerentur, propheticum esset: sicut Helias ad Gezi dixit, 4. Regu. 5. quomodo uir descendet de curru, & occurreret ei. Si uero aliquis in Syria existens, ea quae sunt ibi annuntiaret, non esset propheticum. Et idem appareret secundum tempus. Propheticum enim fuit quod Isaias praenuntiavit, quod Cyrus rex Persarum templum Dei esset reedificaturus, ut patet Isa. 44. Non autem fuit propheticum, quod Estras hoc scripsit, cuius tempore factum est. Si igitur Deus aut angeli, uel etiam beati cognoscunt & annuntiant ea, quae sunt procul a nostra notitia, hoc non pertinet ad prophetiam: quia in nullo nostrum statum attingunt. Christus autem ante passionem nostrum statum attingebat, in quantum non solum erat comprehensor, sed et uiator. Et ideo prophetici erat, quod ea quae erant procul ab aliorum uiatorum notitia, & cognoscebat & annuntiabat. Et hac ratione dicitur in eo fuisse prophetia.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod per illa uerba non ostenditur esse de ratione prophetiae & enigmatica cognitio, quae scilicet est per somnium, & in uisione: sed ostenditur comparatio aliorum prophetarum, qui per somnium

A tione conditionis cognoscentis, quia erat uiator. Secundo, ut ly in quantum uiator, denotet conditionem cognoscentis tantum, ita quod Christus quacumque creata cognitione noverit occulta alijs propheta est: quia cognitio illa uiatoris est, quamuis non in quantum uiator est, sibi conueniat. Nec propterea sequitur, Christus ratione cognitionis comprehensura est propheta, ergo in quantum comprehensor est propheta: quoniam ratione cognitionis comprehensura, non in quocumque, sed in uiatore, est propheta Christus. Valeret autem, si ratione cognitionis comprehensura absolute Christus esset propheta, quod non dicimus. Et ad hoc tendit responsio prima ad primum cum toto corpore articuli, dum de cognitionis conditione nulla est cura: sed de conditione cognoscentis.

& in uisione perceperit diuina, ad Moysen, qui palam & non per enigmata Deum uidit, qui propheta est dictus, secundum illud Deut. vii. Non surrexit ultra propheta in Israel, sicut Moyses. Potest tamen dici, quod et si Christus habuit plenam & apertam notitiam, quantum ad partem intellectiuam, habuit tamen in parte imaginatiua quasdam similitudines, in quibus etiam poterat speculati diuina, in quantum non solum erat comprehensor, sed etiam uiator.

AD SECUNDUM dicendum, quod fides est eorum, quae non uidentur ab ipso credente, & similiter spes est eorum, quae non habentur ab ipso sperante: sed prophetia est eorum quae sunt procul a communi hominum sensu, cum quibus propheta conuersatur, & communicat in statu uiae: & ideo fides & spes repugnat perfectioni beatitudinis Christi: non autem prophetia.

AD TERTIUM dicendum, quod angelus cum sit comprehensor, est supra prophetam, qui est purus uiator, non autem supra Christum, qui fuit simul uiator & comprehensor.

ARTICVLVS IX. Vtrum in Christo fuerit plenitudo gratiae.

AD NONVM sic proceditur. Vt, quod non fuerit in Christo gratiae plenitudo. A gratia enim deriuantur uirtutes, ut in secunda parte dictum est. * sed in Christo non fuerunt omnes uirtutes: non enim fuit in eo fides neque spes, ut ostensum est. Ergo in Christo non fuit gratiae plenitudo.

¶ 2. Prax. Sicut patet ex his, quae in secunda parte dicta sunt, * gratia diuiditur in operantem & cooperantem: operans autem gratia dicitur, per quam iustificat impius, quod quidem non habuit locum in Christo, qui numquam subiacuit alicui peccato. ergo in Christo non fuit plenitudo gratiae. ¶ 3. Prax. lac. i. dr. Omne datum optimu, & omne donum perfectu, defursum est descendens a Patre luminu: sed quod descendit, habetur particulariter & non plene. ergo nulla creatura, nec etiam anima Christi potest habere plenitudinem donorum gratiae.

Tertia Thomae.

Infr. art. 10. & 11. c. 3. dist. 13. q. 1. Super Quaestiones septima Articuli nonum. Inlus. articuli noni ab Auctore in principio corporis declaratur, quod plenitudo importat totalitatem & perfectionem, ita quod habere gratiae plenitudinem, est habere gratiam totaliter & perfecte. Et quia totaliter & perfecte dupliciter inuenitur, uel in genere aliquo, uel simpliciter; intellige hic, quod est sermo de totalitate & perfectione simpliciter, ita quod questio est, an in Christo fuerit gratiae plenitudo simpliciter. In corpore articuli tria sunt: primo declaratur termini & distinctio.

Nota nouitiae quarto, quod cum dicitur, Christus, in quantum uiator, est propheta, in quantum, non reduplicatiue tenetur; alioquin omnis uisus esset propheta, sed specificatiue, quoniam denotatur conditionem in Christo, qua suscipit praedicationem prophetae. Est enim propheta, qui est uiator: sicut Sortes est crispus, in quantum capillus: quia crispitudinem habet non nisi quia capillus.

Infr. art. 10. & 11. c. 3. dist. 13. q. 1. Super Quaestiones septima Articuli nonum. Inlus. articuli noni ab Auctore in principio corporis declaratur, quod plenitudo importat totalitatem & perfectionem, ita quod habere gratiae plenitudinem, est habere gratiam totaliter & perfecte. Et quia totaliter & perfecte dupliciter inuenitur, uel in genere aliquo, uel simpliciter; intellige hic, quod est sermo de totalitate & perfectione simpliciter, ita quod questio est, an in Christo fuerit gratiae plenitudo simpliciter. In corpore articuli tria sunt: primo declaratur termini & distinctio.

lib. 16. ep. 28. 1084.

inf. q. 12. 2. & 24. art. 3. q. 1. 44. & 46. & 49. & 50. & 51. & 52.

D. 1067.

D. 1066.

2. 4. 7.